

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Svmmvla Selectarvm Qvaestionvm Regvlarivm

Bonagratia <von Habsheim>

Friburgi Brisgoiae, 1665

Capitvlvm

[urn:nbn:de:bsz:31-160625](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160625)

rum diuersitates solo verbo creasti, & ad hominum reformationem illud idem verbum, per quod facta sunt omnia, incarnari voluisti: qui magnus es & immensus, terribilis atque laudabilis & faciens mirabilia, pro cuius fidei confessione gloriosus Martyr & Pontifex Blasius diuersorum tormentorum genera, non pauescens, martyrij palmam feliciter est adeptus, qui que eidem inter ceteras gratias hanc prerogatiuam contulisti, vt quoscunque gutturis morbos tuâ virtute curaret: Maiestatem tuam suppliciter exoramus, vt non inspectu nostri reatus, sed eius placatus meritis & precibus, hanc creaturam cere *Benedicere* & sancti-*ficare* tuâ venerabili pietate digneris, tuam gratiam infundendo, vt omnes quorum colla per eam ex bona fide tacta fuerint, à quocunque gutturis morbo, ipsius Passionis meritis, liberentur, & in Ecclesia sancta tua sani & hilares tibi gratiarum referant actiones, & laudent nomen tuum gloriosum, quod est benedictum in sæcula sæculorum. Per Dominum nostrum, &c. *R.* Amen. *Aspergatur cerei aquâ benedictâ.*

CAPITVLVM.

63. *Capitulum quid sit & quotuplex?*

64. *Cap.*

64. Capituli Generalis quanta sit auctoritas?

65. Capitulum Provinciale.

66. Capitulum Conuentuale.

63. **C**apitulum, prout praesentis est considerationis, est Congregatio Regularium pro aliqua re, seu negotio ad Religionis ipsorum statum pertinente. Diuiditur in *Generale, Provinciale, & Conuentuale*. *Generale Capitulum est pro negotiis totius ordinis; Provinciale, pro negotiis Provinciae; Conuentuale pro negotiis Conuentuum.* Ad haec revocantur Congregationes intermediae, siue *Generales*, pro negotiis scilicet totius Religionis, siue *Provinciales*, quando Provincialis cum solis Definitoribus, ad consultandum de rebus vnius Provinciae conuentum facit.

LXIII.

Capitulum
quid sit
& quotum-
plex?

64. Capitulum Generale, secundum Ordinis nostri statuta. c. 8. iuxta Constitutionem Pauli s. vt ibi refertur, celebrandum est de sexennio in sexennium, ad festum Pentecostes, conuenientibus ad id (vna cum PP. Generalibus, Ministro, Definitoribus, & Ordinis Procuratore) PP. Provincialibus, & Custodibus eapropter specialiter in Capitulis Provincialibus electis.

LXIV.

Capitulum
Generale
& eius
auctori-
tas.

Capitulum Generale, cum representet totam Religionem, omnimoda & plenam aucto-

auctoritatem habet in totum ordinem, valetque condere leges, statuta & decreta perpetuo duratura pro tota Religione, obligantia fratres omnes totius Ordinis, ipsum quoque Generalem (P. Sigism. de Eleſt. d. 9. n. 9. allegans comunem expositionem Regulæ in c. 8.) quem etiam eligere, deponere, punire, ipsius auctoritatem minuere, & augere, omniaque facere potest, quæ ipse P. Generalis: Quæcunque item Priuilegia, etiam Apostolica fratribus concessa limitare, restringere, vel omnino tollere; reservare casus aliquos propter graua crimina. Non tamen præcipere aliquid contra ius commune & Regulam; bene autem illud declarare, & innouare, ac pœnas adiungere. Sic Eugen. 4. *relatus in Comp. Priv. Mend. V. Capitulum Generale. In addit. Capucini.* Concessit Capitulo Generali facultatem ordinandi, & declarandi, in quibus locis & Prouinciis fratres debeant ieiunia Regulæ in cibis quadragesimalibus obseruare, & in quibus debeant Patrum consuetudines imitari, vel aliter se habere. Idem etiam statuit, ut in Capitulis Generalibus FF. Minorum Obseru. fierent tales ordinationes, per quas omnes fratres prædicti, quorumcunque locorum, & quarumcunque Prouinciarum, ad vnum eundemque modum viuendi (quantum

tum f
bitus
cepti
stitut
reru
li cu
istor
frag
6
san
tul
iux
fin
nat
uin
co
m
ge
lex
bo
uin
ta
st
b
li
u
l
c
e

um fieri potest) reducantur, tam circa habitus gestationem, quam circa fratrum receptionem, & alia quæcunque &c. In Constitutionibus nostris *cit. c. 8.* Dispositiones rerum committuntur specialiter P. Generali cum PP. Definitoribus, præter electiones istorum, quæ communi Capitularium suffragio reservantur.

65. Quæ de Capitulo Generali dicta sunt, suo modo conveniunt Capitulis Prouincialibus, nisi quod hæc iuxta Constitutiones Ordinis celebranda sint ab anno in annum, vel secundum ordinationem Capituli Generalis 1650. in Prouincijs, quæ ob magnitudinem bis in anno commodè visitari nequeunt, post elapsos menses octodecim. Cumque in Capitulis generalibus, præter Generalem, eligantur sex Definidores Generales, in Prouincialibus quatuor duntaxat fiant, qui cum P. Prouinciale rem omnem definiunt, exceptis tamen Prouincialis, Definitorum, & Custodum ad Generale Capitulum electionibus, & causis quibusdam grauioribus, qualis est acceptatio vel desertio nouorum Cõuentuum, quas nostra statuta *c. 6.* fieri uolunt cum consensu totius Capituli Prouincialis & P. Generalis licentia. Et quod *c. 12.* eadem cauent, ne fiant ordinationes Prouin-

LXV.
Capitulũ
Prouinciale.

De his
vide V.
Prouincialis.

uinciales, remittendo prouisionem eiusmodi ad Capitula Generalia, pro meliori statutorum comunium conseruatione, & regularis uitæ conformitate; si quid interim in eiusmodi rebus per defectum, aut excessum fieri contingat indebitè, succurrunt PP. Definitores per commonefactiones & monitoria &c. Porro sicut in his, quod Definitorium agit, à toto Capitulo actum habetur, ita parem auctoritatem tenere censenda sunt, quæcunque fiunt ab iisdem, in Cõgregationibus intermedtiis, ad quas ipsi PP. Definitionis cum P. Prouinciali tantummodò conueniunt. Cæterum modus celebrandi Capitula Prouincialia, & expediendi negotia, declarabitur *V. Electio.*

LXVI.
Capitulum
Locale.

66. Capitulum Conuentuale fit ab immediato loci Superiore seu Guardiano, cù fratribus vnius alicuius Conuentus; Apud nos tribus præcipuè casibus 1. Ad eligendos Discretos seu socios PP. Guardianorum ad Capitula Prouincialia. 2. Colligenda circa dimissionem aut receptionem Nouitiorum ad Professionem Vota, tribus vicibus in anno, quarum vni saltem intersit ipse P. Prouincialis. In vtroque istorum Capitulorum, parem, in suffragiis ferendis, facultatem omnes Professi, cum ipso Guardiano habent, modò quartum in Ordine annum

annū explerent. Tit. 3. Capitulum Con-
 uentuale disquirendis & animaduertendis
 fratrum culpis ter hebdomadatim, feriâ
 scilicet 2. 4. & 6. *Constit. c. 2.* & Ordinationes
 Generales sæpius iteratæ; ac demum An:
 1656. quibus non tantum Superiores admo-
 nentur serid, vt super hoc specialiter inui-
 gilent, verum etiam statuitur, vt si quis fra-
 trum in dicto Culparum Capitulo, regulari
 aliquâ pœnitentiâ v.g. vnius disciplinæ
 corrigendus, ad Superiores appellauerit,
 Caparonis pœnâ per vnum diem deferendi
 per Prouincialem irremissibiliter puniatur.
 Conformiter tum Priuilegiis, tum SS. Ca-
 nonibus. *c. Ad nostram. de Appellar. Et c. Re-*
prehensibilis. eodem tit. Ibi: *Ne Religiosi cum*
pro aliquo excessu fuerint corrigendi, contra Re-
gularem Pralati sui, & Capituli disciplinam,
appellare presumant. *Lezan. ro. i. qq. Reg. c. 9.*
n. 4. Ratio etiam conuincit, quia appella-
 tio nunquam admittitur, nisi propter gra-
 uamen: Religioso autem non inferitur gra-
 uamen, si corrigatur & puniatur secundum
 Regulam & Statuta, quia ex vi voti obedi-
 entia & professionis ad ea se spontè obliga-
 uit. Vnde sic appellantes vtpurimum pec-
 cant mortaliter, propter inobedientiam,
 quam committunt nõ acceptando pœnam
 impositam in Religione, & propter alia in-
 conuenien-

conuenientia, quæ ex appellatione sequuntur. Possunt tamen sine vilo peccato recursum habere ad Superiores per litteras, vel alias ipsos personaliter cum legitima licentia conuenire, vt pœna eis relaxetur, vel mitigetur, si id possint facere, vel vt alio modo ab ipsis consolationem accipiant. Hoc enim nullo iure prohibetur, & ex alia parte, est satis conforme charitati, quâ procedi debet in Religionibus. Ita Lezan. *V. Appellare. post Sanch. Peir. Port &c.* Cæterum quæ licentia requiratur, & quis modus obseruandus, vt quis personaliter Superiorem Maiorem accedere possit, statutum habetur in c. 2. *Constit.*

Quæ porro culpæ ad hoc locale Capitulum spectet, ab antiquo iam tempore tradidit S. Hieron. in *Regula Monachar. c. 9.* vbi sic loquitur: *Non pudeat, inquiens, singulis Hebdomadis feriâ sextâ, quo die Saluator opprobria & mortem, pro homine ab homine pertulit, vnamquamque Sororum suam vitam coram cœtu sororum discutere, & de commissis contra præcepta & Regulam, se proprio ore criminari, ac disciplinam subire, quatenus stimulata mens cogitationis, stimulo accusationis ac verborum, caueat accusanda, pudendaque committere. Nec tamen propter hoc occulta cogitamina cordium prodantur, nec occulta peccata, quæ solis debent*

Sacer-

Sacerdotibus confiteri: sed solum quæ præceptis
 obuiant publicis & exempla peccandi sororibus
 præbent, &c. Item & Cassian. l. 4. Instit. c. 16.
 dicens: si quis igitur gylonem fictilem casu ali-
 quo fregerit, non aliter negligentiam suam,
 quam publicâ diluat pœnitentiâ, cunctisque in
 synaxi fratribus congregatis, tamdiu prostratus
 in terra veniam postulabit, donec orationum
 consumetur solennitas, impetraturus eam, cum
 iussus fuerit Abbatis iudicio, de solo surgere. Eo-
 dem modo satisfaciatur quis, qui ad opus aliquod
 accersitus, vel si ad congregationem solitam tar-
 dius occurrerit; aut si decantans psalmum, vel
 modicū titubauerit; similiter si superbè, si du-
 riùs, si contumaciùs responderit, &c. Hac illi.
 Modum verò culpam dicendi docet S. Bo-
 nau. in spec. Discipl. p. 1. c. 10. his verbis: Pos-
 tremò ut disciplinato & debito modo fiat huius-
 modi confessio, debent circa eam, honestatem,
 cautelam & humilitatem seruare. Honesta-
 tem, ut culpe narrationem nudo capite, & non
 ridendo, non circumspiciendo, aut cum manu
 aliquid faciendo, sed iunctis manibus potiùs, vel
 aliter honestè dispositis, exequantur. Cautelam
 in hoc præcipuè habeant, ut se paucis verbis ex-
 pediant, & in culpa sua nullum alium, quam se-
 ipsos inuoluant, quod & cautelam & puritatem
 concernit. Humilitatem habere debent in ge-
 stu corporis & in verbis. In gestu quidem, ut ad
 terram

terram iuxta fratrum consuetudinem se prosternant humiliter. In verbis autem, ut verba subiectionis & penitentia, nullam sint omnino notam superbia, vel impatientia, continentia, &c. Dictis à quouis propriâ sponte culpâ, si Superior aliquâ sciat ex his, quæ ibi dici possunt, & videat, quòd qui eam commisit, nõ accuset, ipse Superior eam accuset, & severiori pœnâ castiget, quàm si ipse delinquens spontè accusasset.

CASVS RESERVATVS.

67. Casus Reservatus quid sit & quoruplex?
68. Casus Papales in genere.
69. In specie de Casibus Bullæ Cœnae D.
70. Bulla huius obligatio.
71. Eius valor in Germania.
72. Quantum obliget Regulares?
73. Casus Pontificij extra Bullam Cœnae D.
74. Casus Episcopales & eorum differentia triplex.
75. Casus Regulares ex Decreto Clement. 8.
76. Casus reservati penes Capucinos.
77. Quæ requirantur ut Casus sit Reservatus.
78. Modus absolvendi à Reservatis in Ordine

Cap.

LXVII.
Casus Re-
servatus
quid &
quoruplex?

67. **C**um inferiores Confessarii eate-
nus tantum Iurisdictionem, &
potestatem ad absolvendum habeant, qua-
tenus